

Ecclesia Syracusana, Restorem tunc Patrimonii Romanae Ecclesiae in Sicilia, eique Pallium ex more concefferit.
 Ex his Baronii verbis nonnulli recentiores deduxere, Constantinum, quum esset Diaconus & Rector patrimonii Romanae Ecclesiae in Sicilia, consecratum esse à Conone Romano Pontifice Patriarcham Antiochenum in locum defuncti Theophanis. Huic errori aasam præbuit corruptus Anastasi textus: quem si legas, ut est à Fabroto ad tres Codices manuscriptos emendatus, patet, ibi de Antiochia ejusque Patriarchatu nullam fieri mentionem. Textus igitur Anastasi correctus hic est.
Hujus (Cononis) temporibus, pietas Imperialis relevavit per sacram iussionem ducenta annona capita, quæ Patrimonii custodes Bruttii & Lucaniae annue persolvebant.
 Itemque & aliam iussionem direxit, ut restituatur familia supra scripti Patrimonii, & Sicilia, quæ in pignore à milita detinebatur. Hic (Conon) ultra consuetudinem, absque consensu Cleri, & immissione malorum hominum in Antipatibia Ecclesiasticorum (antea corrupte legebatur in Antiochia) Constantinum diaconum Ecclesiae Syracusanae, in Patrimonio Siciliae constituit, hominem perperam, & tergiversatum. Sed & pallio ad caballandum uti licentiam ei concessit. Ei post non multum temporis sedatio super eum orta est à civibus, ob Patrimonii lites: qui à judice provinciæ sub arcta custodia restritus est, pro eo quod in dissensionem judicum inveniretur directus fuisse. Quis non videt, in hoc Anastasi te-
 xtu, de Constantini in Patriarcham Antiochenum inauguratione, ne verbum quidem fieri?

Certum itaque esse debet Theophani anno 685. defuncto, non aliun successisse, nisi Georgium, illum nempe, qui in Sexta Synodo dicitur Presbyter & Monachus Sebastenus, & Apocrisarius Theodori Presbyteri, & Vicarii Sedis Hierosolymitanæ, additurque, qui postea Antiochiae Patriarcha fuit. Idem Georgius in Synodo Trullana, ita subscriptus legitur: Γεωργίος ἀπόστολος Αντιοχείας επίκοος ὑπέγραψε, Georgius minimus Episcopus Antiochiae, definiens subscripti. Macarius An-

IV.

Georgius Theophani defuncto succedit. Notatur Catalogus Macariorum Melchitarum Patriarche. Post Georgium vacavit Sedes Antiochenæ annos XL. idest ab anno Christi 702. ad 742.